

**Nicolai Lancicij E Societate Iesv Opvcvlorvm Spiritvalivm  
Tomvs ...**

**Łęczycki, Mikołaj**

**Antverpiae, 1650**

Proœmium Opusculi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78809](#)

N I C O L A I  
L A N C I C I I  
E S O C I E T A T E I E S V  
OPVSCVLVM SPIRITVALE

D E C I M V M,

De indiciis & gradibus profectus in virtutibus.

I N D E X C A P I T U M

H V I V S O P V S C V L I .

Proœmium Opusculi.

De primo gradu spiritualis profectus, si-  
to in diminutione peccatorum. CAP.I.  
Quibus modis sint diminuenda peccata.  
CAP.II.

De secundo gradu spiritualis profectus, qui  
est, refrenatio inordinatarum passio-  
num. CAP.III.

Quae sint signa & gradus profectus, in mo-  
deratione passionum. CAP.IV.

De tertio gradu spiritualis profectus, circa  
victoriam tentationum. CAP.V.

Notanda quæda circa tentationes. CAP.VI.

De quarto gradu spiritualis profectus, sito  
in extirpatione prauorum habituum.  
CAP.VII.

De quinto gradu spiritualis profectus,  
exigente perfectum modum operandi.  
CAP.VIII.

De sexto gradu spiritualis profectus, qui  
est, incrementum bonorum habituum.  
CAP.IX.

Iudicium Plutarchi, de aliis signis pro-  
fectus in virtutibus. CAP.X.

De rarioribus signis, magni in virtutibus

profectus.

De primo gradu profectus spiritualis, Pa-  
trum tertij anni, & cuiusvis Religiosi, ac  
vita spiritualis studiosi, sito in profectu  
in humilitate. CAP.XII.

De secundo gradu spiritualis profectus co-  
rumdem, exposcente abnegationem om-  
nis amoris sensualis. CAP.XIII.

De tertio gradu spiritualis profectus, co-  
rumdem, posito in abnegatione propria  
voluntatis. CAP.XIV.

De quarto gradu spiritualis profectus co-  
rumdem, circa abnegationem propriju-  
dicij. CAP.XV.

De quinto gradu spiritualis profectus, qui  
est, maior Dei cognitio. CAP.XVI.

De sexto gradu spiritualis profectus: scilicet,  
maiore Dei amore. CAP.XVII.

Quid præterea in schola affectus, acquirere  
debeant Patres tertij anni, & alij viri  
spirituales. CAP.XVIII.

De mediis conducentibus ad magnum in  
spiritu profectum. CAP.XIX.

De impedimentis spiritualis profectus.  
CAP.XX.

CAP.XI.

De primo gradu profectus spiritualis, Pa-  
trum tertij anni, & cuiusvis Religiosi, ac  
vita spiritualis studiosi, sito in profectu  
in humilitate. CAP.XII.

De secundo gradu spiritualis profectus co-  
rumdem, exposcente abnegationem om-  
nis amoris sensualis. CAP.XIII.

De tertio gradu spiritualis profectus, co-  
rumdem, posito in abnegatione propria  
voluntatis. CAP.XIV.

De quarto gradu spiritualis profectus co-  
rumdem, circa abnegationem propriju-  
dicij. CAP.XV.

De quinto gradu spiritualis profectus, qui  
est, maior Dei cognitio. CAP.XVI.

De sexto gradu spiritualis profectus: scilicet,  
maiore Dei amore. CAP.XVII.

Quid præterea in schola affectus, acquirere  
debeant Patres tertij anni, & alij viri  
spirituales. CAP.XVIII.

De mediis conducentibus ad magnum in  
spiritu profectum. CAP.XIX.

De impedimentis spiritualis profectus.  
CAP.XX.

Index præcipuarum rerum huius Opusculi ponetur in fine totius voluminis.

P R O O E M I V M .

**P**ost explicatas, in aliis Opusculis  
meis, dispositiones & fundamēta  
spiritualis in virtutibus pro-  
fектus. In hoc Opusculo duo suscep-  
ti tractanda. Primo, quæ sint in-  
dicia, qui gradus, communis omnibus profe-

ctus in virtutibus. Secundò, in quo situs sit pro-  
prius spiritualis profectus nostrorum Patrum  
qui in tertio Probationis anno versantur. Ut ilis  
erit huius virtusque rei tractatio omnibus cu-  
iuis status hominibus, ad perfectionem ten-  
dientibus. Omnibus enim amatib⁹ virtutis

Sss 3 perpe-

perpetuū proficiendam est, quantum est in ipsiis, cum ut proficiant Deus non deneget sua eis auxilia; sed, ut dixit S. Ioannes Baptista S. Birgitta, tanquam mater bona, doceat animam proficere in meliora. Quod iusti in diuino obsequio feruentes, generosè conantur. Nam, ut ait S. Bernardus,

<sup>1.</sup> I.2. Reu. cap. 29. Ep. 253. ad Abb. Guarin.

2. Numquam iustus arbitratur se comprehendisse; numquam dicit, Satis est; semperq; esurit fuitq; iustitiam, ita, ut si semper vivaret, semper quantum in se est, iustior esse contendet. Nam semper de bono in melius

<sup>1.</sup> In Ps. 69. Philip. 8. 1. Cor. 8.

proficere, totū viribus conatur. Idem afferit S. Augustinus: Quantumcumque hic proficerimus, nemo dicat, Sufficit, iustus sum. Qui dixerit, remansit in via, non nouit peruenire; ibi dixit, Sufficit, ibi huius. Attende Apostolum, cui non sufficit: Fratres, inquit, ego me non arbitror apprehendesse. Et rursus dicit: Qui putat se scire, nondum scit, quemadmodum eum oporteat scire. Vnum autem qua retro sunt oblitus, in ea qua ante sunt extenui, secundum intentionem sequor, ad palmā superne vocationis.

<sup>3.</sup> 3. Hoc ipsum, ante hos omnes, docuit S. Dionysius Areopagita, dum libro de Ecclesiastica Hierarchia, in hominibus ad colendam pietatem requirit ascensiones sacras: quod sit, per profectum in virtutibus, quo ad culmen eorum ascenditur. Qui quidem alçens & profectus, debet etesse talis qualiter sicut dicit S. Gregorius Nazianzenus in bonis Religiosis, qui nullum ascensus & Desificationis modum (hoc est terminum) agnoscunt.

<sup>4.</sup> 4. I.1. din. nom. I.4. de cōfol. prof. 3.

Hoc ipsum loquendi modo etiam S. Dionysius Areopagita, perfectionis studiosos appellans, Deiformes, & se Deiformes. Merito; quia, ut ait Boëtius, ultra homines prouehere sola probitas potest. Talem anima statum, S. Augustinus appellat, sextam & ultimam in hac vita etatem, interioris hominis senectuti correspondentem; esseque ait, omnimoda mutationis, in eternam vitam, & usque ad totam obliuionem vita temporalis; transiunt in perfectam formam, que facta est ad imaginem & similitudinem Dei; ad quam, ascendendo de virtute in virtutem, peruenit. Talis erat S. Zeno, laudatus à Theodoreto, qui, ut ipse scribit, semper Dei ascensus in corde disponebat. Talis & S. Iacobus, ait codem laudatus, qui in diuinis rebus quotidiane crescebat. Talis S. Fulgentius, qui patrum patens omne quod faciebat, de die in diem melior fieri gestiebat. Talis fuit S. Pachomius, qui plurimorum Patrum considerans Instituta, dabant semper operam, cum proprio fratre, ad maiora virtutis augmenta configere. Sed maximè hac in excelsis exceduit S. P. Ignatius, de quo rem valde raram narrat testis iuratus Ribadeneira in eius vita; nimirum, quod d. presentem diem cum hesterno conferens, & cum profectu profectum, longius se quotidie progressum, & ardentioribus in dies inflammatum studiis, reperiebat. Ita non tantum in proficiebat quotidie, sed agnoscebat se profecisse; nec tantum proficiebat in virtutibus quotidie, sed etiam in fervore spiritus, & modo feruenti exercendi actus

virtutum. Quod quād magnum & rarum sit, docet experientia, etiam magnorum Dei servorum, & pater ex historiis Ecclesiasticis. Nam, Ep. 4. ad ut ait S. Bernardus, rarissima est uis in terris, quā de Ric. Ad. gradu, quem in religione semel attigerit, modicum vel parumper ascendit. Sed Ignatium, inter alios quād plorimos Societatis nostrae homines, P. Petrus

<sup>1. a. c. 1. c. 1.</sup> Faber imitatus est, qui, ut de eo scribit Nicolaus Ordinarius fidelebat, nullum omnino diem du-

cere, sine insigni aliquā progressionē virtutis, quād, qui ad operandam procurandamq; salutem vitam largitur ac tempus, is omnem diem numeret & obseruet no-

strī progressus. Studiose tenebat, quod initio didicerat ab Ignatio, ut se identem obserueret, & in mores suos, & suas noxias inquireret, & progressionē recognosceret, vniq; temporis fractus cum aliis temporibus com-

pararet. Quod principiū curandum censebat, sub diu-

nissima Trinitatis solemnia. Ad eam enim omnes referri mysteriorum Christi celebratates in eā conclu-

dit. Initium igitur anni profectus inde sumendum, ibidem reponendos euolati anni fructus, presentim labores seruo-

rum Domini ed tendant, ut seipso adscirent, in habitaculum ac templum sanctum, vbi SS. ipsi & Trinitas, eternam faciat mansionem. Nouo item ineunte anno, dieq;

concepti Verbi aeterni, qui fuerit initium Redemptionis humanae, ac cateris sanctioribus diebus, incutabat se, & nouos capiebat impetus, maximè autem, vbi anniversarius Religiose sue profectus redibat dies. Ita re-

cens semper & integer, (sed tamē robustior quam virtus exercendo fit fortior) ad propositum sibi virtutis apicem contendebat. Et tamen non cessabat suas deplo-

rares, ut appellant, retrocessiones, atque regressus, quos numquam sati se deploraturum admeinorabat. Hanc perpetui profectus curam, quia in omnibus Dei magnis seruis viguit, scilicet Iacob calos

pertingens denotabat, quād S. Gregorius Nyssenus & S. Bernardus ait, vitam cum virtute

coniunctam effingi atque efformari. Atque hoc est, Ascensionis in corde suo disponere, ut ait Dauid; & de profectu nostri gratibus explicat, S. Bernardus. Hoc est, ire de virtute in virtutem, p. 8. 36. Apoc. viii. Hoc est, instum iustificari adhuc; & sanctum sanctifi-  
ficiare adhuc. Hoc est, crescere in salutem, ut monet

<sup>1. Pet. 1.4.</sup> Petrus. Hoc est cum Apostolo Paulo, transfor-

<sup>2. Cor. 1.2.</sup> mari aclaritatem magis ac magis, & probare potio-

<sup>16.</sup> ra. Hoc est, currere ut comprehendamus. Quod pō-

<sup>7.</sup> derans S. Bernardus, Ipse, inquit, homini, fecitq; Philip-

<sup>14.</sup> autor, quādū cum hominibus conuersatus est, num-  
quid stetit? & quidem, teste Scripturā, pertransiit bene-

<sup>24.</sup> facienda & sanando omnes. Pertransiit ergo, sicut non philip-

<sup>9. 10.</sup> insfructuose, ita non remisit, non pigrē, non lento gradit,  
sed quemadmodum de eo scriptum est: Exultauit ut Ep. 4. 14.

<sup>10. 11.</sup> gigas ad currēdam viam. Porro currentem non ap-

<sup>12. 13.</sup> prehendit, qui & ipse pariter non currit. Et quid pro-

<sup>14.</sup> desi Christum sequi, si non contingat conseguere? Ide Paulus ait: Sic currie, ut comprehendaris. Ibi, Christi-

X. DE INDICIIS PROECTVS IN SPIRITV.

763

flant, sige tui cursus proiectusq; metam, vbi Christus posuit suam. Factus est, inquit, obediens & que ad mortem. Quantumlibet ergo cœurreris, si ad mortem non peruenieris, brauius non apprehendes. Brauium Christus est.

8. Pulcherrimum motionis opus est, inquit S. Gregorius Nyssenus, ipsu[m] in bonu[m] incrementu[m]: cum, imperio illo, quo ad melius trahimur, is qui recte mouetur, assidue transferitur ad ea qua diuina sunt. Ne quis igitur vim in natura, mutationibus aptam & idoneam cernens, doleat aut conqueratur: sed se[m]e in melius promouens, & de gloria in gloriam transversens quotidianu[m] incrementu[m], ita vertatur, vt in dies

9. Coll. 6. cap. 14. melior ac perfectior fiat. Quod si quis neglexerit, inquit Abbas Theodorus apud Cassianum, consequens est, vt retrocedat, atque in deteriori relabatur. Et idcirco nullo modo mem poterit, in via eadem, qualitate durare. Velut si quis contra aquas violenti fluminis, nauem subigere renorum impulsione conetur, necesse est eum, aut virtute brachiorum, torrentis alue impetu desecantem, ad superiora condescendere, aut rennua manibus, ad præcep[ta] p[re]ponere renocari. Quapropter istud erit evidens, nostri indicium derimenti, si intelleximus, nos nihil amplius acquisiuimus. Nec dubitamus, retrorsum nos omni modo renocatos, quia non serenissimus ad superiora progressus: quia, vt dixi, nec in eodem statu mens homini potest ingiter permanere, nec in hac carne consilens ita virtutum apicem possidebit, quisquis ille Sanctorum, vt immobilitis perseueret. Vnde Tertullianus in Scorpiano Christianos moneret, vt nitantur ascendere exemplo mundanorum: quorum terrena officia, in gradu astus: hoc est, non possunt villo aliquo in gradu quiescere. Porro Religiosi non modice, sed ample debent crescere, in profectu virtutum. Nā, vt ait Cassiodorus, non est nobis crescendi hic ordo, qui multis est paulatim prouochi, mediocris probatur esse virtus. Hoc Cassiodorus de honorato & patricio viro scribit: quid de Religiosis dicendum? qui semper debent proficere, iuxta illud

10. cap. 6. Propr. 4. 18. hom. 1. in Ezech. 1. Cor. 3. 7. philip. 1. Cor. 3. 10. philip. 1. Cor. 3. 11. philip. 1. Cor. 3. 12. mor. cap. 13. Psal. 91. 1. 3. in Cār. 1. 2. 3. ho. de scrp.

Proverbiorum: Instrorum semita, quasi lux splendens, procedit, & crescit, vsque ad perfectum diem, qui erit, in altera vita. Quasi enim per quadam diem, Sancti incedere, est mente ire semper ad meliora, inquit S. Gregorius. Vnde fit, vt sicut vita eorum crescit accessione annorum, sic illi accessione virtutum, & perpetuo profectu crescant in spiritu.

Electio enim, vt ait idem S. Gregorius Papa, cum foris atas corporis, intus, si dici licet, crescit atas virtutis. Ideo iustus comparatur cedro Libani; quia, vt ait Apponius, Cedrus semper fertur crescere, nec aliquando ire in senectam. Tales esse nos decet. Nam, vt docet S. Chrysostomus, Qui Christianum sequuntur, eos numquam fas est descendere, sed semper ascendere. Inquitum quiddam natura virius est, inquit S. Theodosius Studita, quæ hanc esset, quin preditos se in melius prouebat semper.

Eratunt ergo Stoici, vt est apud Ciceronem & Laërtium, & cum illis Seneca, diuin afferunt

virtutem non possi crescere, & fieri malorem. ser. 10. 8. Errauit & Seneca, dicens, posse in hac vita ita Cic. 5. de finib & perueniri ad summum virtutis, vt non sit incremento parad. 3. locu[m]. Errant præterea Stoici, qui, vt scribit S. Augustinus, eos qui in virtute proficiunt 66. & 71. & sapientia, nec virtutem nec sapientiam habent, Sen. ep. re, fed tunc solummodo, cum omnino perfecti 79.

in ea fuerint, censem. Quemadmodum enim paucorum annorum arbor, & puer, est verisimilis arbor, ac homo, non minus quam multorum annorum spatio maturatus, ita & crescens virtus, atque ad altiora se protendens semper, veræ, eis non ita perfectæ, vt in viris perfectis est, virtutis appellationem meretur.

Alterum, quod in hoc Opusculo tractabo, 12. est, in quo situs sit profectus proprius Patrum, qui, iuxta præceptum legum Societatis nostræ, in tertio probationis anno versantur: quibus tradenda hoc loco à me doctrina, alii quoque omnibus, perfectioni acquirendæ deditis, erit virilis. Conemur igitur semper proficere. Alioqui magna esset confusio eius, coram Deo saltem, qui non proficeret, tot mediis ad profectum instruktus. Misericordia est, inquit Ioannes 12. Abbas apud Cassianum, cuiuslibet artis & studij c. 5. fin. disciplinam quecumque proficeri, & ad perfectionem eius minime peruenire. Quam perfectionem, vt ait Abbas Paphnutius apud Cassianum, nullo modo Coll. 3. poterimus attingere, si eam vel ignorauerimus, vel scienses non contendimus opere consummare. Nam ex ignorantia eorum quæ ad profectum spirituali- 13. um requiruntur, sequitur id quod in ignorantia formulae orandi contingere docet Abbas Germanus apud Cassianum, vt hac ignorantia mens prepedita errabunda semper, & velut ebria, per diuersa tacetur; & ne illud quidem, quod casu potius, quam industria, sibimet occurrit spirituali, dum alius ex alio semper recipiens, scit introitus eorum atque principia, ita etiam finem, discessumq; non sentit. Merito ergo S. Valerianus 14. scribens ad Monachos (quod etiam omnibus Epist. ad spirituali vita amatoribus congruit) Gemina, Monach. inquit, robore rario adhibenda observatione incumbit: sciendi cura, cum labore complendi. Quoniam ea quæ in diuis eloquio percipiuntur, non solum non facere, sed etiam ignorare, peccatum est. Explicanda sunt ergo ea quæ ad profectum spiritus requiruntur, per quem, vt idem Abbas loquitur, ad perfec- 15. tionis fastigia summa & culmina peruenire. cap. 5.

Gradus quodam firmissimos, & lapidibus pretiosissimis sternit quadammodo, Dominus Salvator, inquit S. Chroematius Episcopus, per quos sancta anima & fides repere possunt, & ascendere ad summum illud bonum, id est regnum calorum. Quod cum omnibus virtutum studiosis, tum maximè nostræ Societatis hominibus curandum est, quibus haec à S. Ignatio Fundatore præscripta est Regula, vt carent semper, (sive, vt est in textu Hispanico, adelante, hoc est, ulterius, vel in dies magis, ac magis,) in via Diaconi seruitij progressum facere.

S. 5. 4. cap. 5.

cere. Quocircà ostendendi sunt hi gradus, per quos, proficienes in virtutibus, ascendunt, & ad altissimum in cælo locum perueniunt, priùs in hac vitâ summos virtutum apices consecuti.

## CAPUT PRIMUM.

*De primo gradu spiritualis profectus, sive  
in diminutione peccatorum.*

16. **P**rimus gradus spectans ad profectionem spiritus, communis omnibus, est diminutio malorum. *In Psal. i.* Nam, ut ait S. Basilius, *Principium profectionis, est digressus à malo.* Quemadmodum enim in productione rerum naturalium, præcedit corruptio vnius rei, & sequitur alterius generatio; unde est illud dictum Aristoteles, & omnium Philosophorum: *Generatio vnius est corruptio alterius;* & inter principia productionis primum est priuatio formæ præterita, quæ corruptitur; sic in productione morali perfectionis Evangelicæ, hoc est velutum fundamentum, fidelium Deo plati.

*Ps. 36. 27.* cere & proficeret cupientium, ut iuxta Psalmū, *In Psal. i.* declinet à malo, & faciant bonum. Quia, ut ait S. Ambrosius, *Initium honorum, est abstinentia malorum;* idque probat loco Psalmi citato. Quin & Galenus docet, *Omnia plene superuacanea esse, nisi ad hoc unum referantur, ut se quis à peccatis longissime abducatur.* Porro mala nostra, à quibus diuerso modo abstinet debemus, multa sunt, & quæ, ut notat Abbas Nestero apud Cassianum, illâ letemus sententiâ docemur: *Ecce constitui te hodie super gentes & super regna, ut euellas, & destruas, & differas, & dispare.* In expulsione enim noxiarum rerum, quatuor esse necessaria designavit, id est, euellere, destruere, differere, dispare. *Sic Boëtius:*

*Coll. 14.  
cap. 13.  
Ierem. 1.* *Qui serere ingenuum volet agrum,  
Liberat arva prius fructibus,  
Falso rubos silicemq; resecat,  
Vi noua fruge gravis Ceres eat.*

*In Ps. 61.* *Impossible est, inquit S. Basilius, ut capaces diuina gratia reddamur, (ad profectionem necessariæ) nisi perturbationes & viae nostræ animas possidentia prius eviciamus. Vidi ego medicos non prius medicinas salutares dare, quam vomitu materiam illam morbi causam euacuassent, quam ex male diata genere, homines intemperantes fibi ipsi creuerant. Sed & rias, quod humore quoipâ odoris terri & graueolemis preoccupatum fuerit atque imbutum, ni id elueris diligenter, odorati cuiusquam vnguenti influxum nequitquam poterit recipere. Opus itaque ea que prius insunt effundere, ut eorum fiat capax, que immittere constituit.*

*h. 15. fin.* Illustrat hoc ipsum alia similitudine S. Macarius: *Cum quispiam, inquit, desertam ciuitatem influare desiderat, in primis ea, qua labuntur & ruunt, prorsus destruit, & sta fodere incipit, & in loco defolfo fundamenta ponere, ac tum edificium collocare, nec mox constituitur domus. Eadem ratione, qui desideras*

in locis desertis ac fœtidis, hortum construere, primùm incipit purgare, claudere, ducta aqua preparare, rur plantat, & clementum capiunt que plantata sunt, ut hoc modo, multo post tempore, hortus fructus proficeret. Ita voluntates hominum, post transgressionem, incolle sunt, & deserta, ac spinose. Dixit enim Deus homini: *Spinas & tribulos terra tibi producet. Multum igitur laboris ad diligenter adhibendum, ut quæ peruersigere & collocet fundamentum.*

Fundamentum autem est, ablatio multorum malorum, quæ profectionem impediunt. Hæc autem mala, videantur ad quatuor capita posse reduci, quæ recenset S. Bernardus; scilicet, *Vitium, l. Cap. Tentatio, inueterata passio, inimicorum periculum, & laqueus insidiantis diaboli,* qui per tentationes prauas, in passionibus excitatas, & per adminiculum pranorum habituum, expanditur. Inter mala ergo diminuenda vel abolenda,

17. *Primo, sunt peccata.* Hæc enim sunt omnium maxima mala, nihil in se boni habentia: ideo quæ peccatorum Deus causa esse non potest, uti est pœnatum. Hinc S. Dionysius ait, *Puniri non esse c. 4. diss. malum, sed fieri pœnam dignum:* quod prouenit ex peccato. Et ideo S. Thomas ait, *plus habere dæratione mali culpam, quam pœnam.* Imò peccata sola, sunt propriæ mala. Nam, ut ait Abbas Theodore, *rus apud Caſſianum, In rebus humanis, nihil malum cap. 3. dicendum est, nisi peccatum solum;* quod à bono Deo nos separans, mala facit diabolo copulari. Quin & Cicero, solo naturalis rationis ductu, scripti, sapientem, in aduersis calibus, hoc etiam se solari: *l. 1. T. quod videt, nullum malum esse nisi culpam.*

Hæc ergo mala, primùm sunt euellenda ei, qui profectui spirituali, in acquirendis virtutibus, est intentus: *Expulsione enim vitiorum, virtutes fructificant & succrescent;* inquit Caſſianus. Et, v. l. 4. inst. scribit S. Bernardus, *Non potest virtus pariter cum virtute crescere.* Ergo, ut illa vigeat, illa cresceret non sicut, Et quod magis hec decreuerint, è magis crescent illæ. *Quantum enim à vitiis recesserit, in hom. 1. dequit, Eusebius Emilianus, tantum virtutibus ap. Epiph. propinquabit: quia abdicatione criminum, adeptio meritorum est: nec tantum meritorum, sed etiam ipsorum virtutum. Quia experimento comprobant Dei serui, verum esse nostri S. Francisci Xauerij dictum: Quantumcumque decessio à vitiis, tanta est accessione celestium donorum.*

Huic ergo primùm attendendum est omnibus, proficeret cupientibus, imò omnibus proficis Christianis. Nam, ut monet S. Macarius, nisi hom. 15. quis bellum meat aduersus peccatum, vitium, quod in tuis latebat, paulatim effusum, præ niniâ copiâ, abducit hominem ad manifesta peccata perpetranda. Vitium enim est, veluti fontis scaturigo, quacunque parte scaturiens. Quapropter dare debes operam, ut cohibeas, rius nos neguissis, ne ruens in mala infinita, quasi attonitus euadas. Rius autem peccatorum impleta anima, tanquam demersa in paludola aquâ, emergeat in altum non potest, ac proficeret. Explicavit hoc Filius Dei S. Birgitta, aliâ similitudine:

Da-